



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

De Frigidis Et Maleficiatis, Et Impotentia Copundi. Titvlvs XV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

per viri affines uxoris, & uxoris affines uxoris  
sua viri affines: inter consanguineos tantum uxoris & vi-  
ri, ex eorundem, scilicet viri & uxoris conjugio, nulla  
propter affinitas est contracta, propter quam inter eos ma-  
trimonium debeat impediri. Ne autem e intra gradus  
prohibitos matrimonium contrahatur debeat publice im-  
pedire, & persumptos ecclesiastica districtione punire,  
non obstantem consuetudine, qua dicenda est potius cor-  
rupta.

Articulus, qui tibi aliquam dubitationem inducunt, ne-  
cessitas consilium requirendum, & ad ea exequenda que offi-  
cium episcopale pastorale ap. se preceat auxilium invocare, scilicet  
inducunt nam dicitur in Domino laudibus commendamus, & pa-  
triamus tunc gratiam amorem respondemus. Significat siquidem  
vobis quod in dicit, tuas patrem & filium, & matrem & filiam, duo  
signa duo cognata, avoculus & nepos duas sorores ducunt in  
conjugio, & maritus & uxor simul baptizate puerum alienum.  
Quam patrem tua dicit, infra tertium, & septimum gradum  
interrogatio si contingentes ad inveniendum matrimonium contra-  
hant, non sibi licere de antiqua consuetudine asserentes.]

CAP. VI.

Non videt dispensatio obtemperare a Papa super matrimonio inter  
consanguineos contracto, si sibi causa, falsa, si expressa, nisi postea tem-  
pore informari, h. d. secundum verum & commensuratum intelli-  
gatur.

Idem.

Via circa: & infra. Porro de nobis viro N. pro  
causa dispensatione, indulgentia scilicet remanendi  
cum ea, que ipsum quinto consanguinitatis gradu con-  
iungit, a sed Apostoli obtinenda, falsa nobis causa fuerat al-  
legata, proles videlicet. Cum tamen ante dispensationem  
obtinendam unica filia, quam habebat, viam fuerit uni-  
versis carnis ingressa, prout tunc consultatio continebat:  
indulgentia poterit, ut remaneant in copula sic contracta,  
cum ex separatione (sicut adferis) grave videas scandala  
intervenire.]

CAP. VII.

Testes, qui de consanguinitate deponunt, computationem debent a  
suis, vel germanis incipere.

Idem.

Testes: docti fratricitas consulendos, utrum illo-  
rum sufficiat testimonium ad matrimonium diri-  
mendum, qui consanguinitatis gradibus ab avunculo &  
nepote, videlicet et fratris filio, vel sororis incompertim com-  
putare? Nos igitur inquis. t. r. quod cum conjugium  
mutualiter favoris obineat, testes, qui ad divortium cele-  
brandum producti consanguinitatis gradus computant, a  
suis debent incipere, id est, a parentibus vel germanis,  
de se per ordinem distinguere gradus, nominibus pro-  
prios vel equipollentibus indicis designando personas,  
quod cum sibi superius testimonium perhibeant de auditu:  
quod quia in se est validum, non est in articulo huius-  
modi aliquid laxanda facultas: quum qua ratione com-  
putationem incipient a secundo, eadem ab ulterioribus  
incipient.

CAP. VIII.

In secundo & tertio affinitate genere tollitur prohibitio, qua  
interdicit in matrimonio contrahendo. Similiter tollitur prohibitio  
in filiis suscepta ex secundo nuptia, que olim non poterat  
convocari cum cognatione prioris viri. Et prohibitio conjugii ul-  
tra quartum, consanguinitatis & affinitatis gradum non ex-

a Vide Caus. Iud. ff. de reser. matr. can. 6. b Quomodo  
de contrahendo vel non intra gradus prohibitos attinet, vide  
de hoc in dicitur, c. C. deod. tit. in 4. comp. & quatenus a-  
genda de impedimento de auditu, vide Gravetiam de contr. ius. part. 1.  
c. 1. ubi dicitur, ubi dicitur de fama. non. 3. a. cum multis seq. adde text.  
in dicitur in quadam sup. de reser.

Idem in Concilio generali.

Non a debet reprehensibile iudicari, si secundum  
varietatem temporum, statuta quandoque variantur  
humana, presertim cum urgens necessitas, vel evidens uti-  
litas id exposcit: quoniam ipse Deus ex his, que in veteri  
Testamento statuerat, nonnulla mutavit in novo. Cum  
ergo prohibitiones de conjugio in secundo & tertio affi-  
nitatis genere minime contrahendo, & de sobole suscepta  
ex secundo nuptiis, cognationi viri non copulanda prius,  
& difficultatem frequenter inducant & aliquando per-  
iculum pariant animarum, cum cessante prohibitione,  
cesset effectus: constitutiones super hoc editas, sacri ad-  
probatione concilii revocantes, presenti constitutione  
decernimus, ut sic contrahentes de cetero liberè copu-  
lentur. Prohibitio e quoque copulæ conjugalis quartum  
consanguinitatis & affinitatis gradum de cetero non  
excedat: quoniam in ulterioribus gradibus jam non pot-  
est abique gravi dispendio huiusmodi prohibitio genera-  
liter observari. Quatenarius vero numerus bene con-  
gruit prohibitioni conjugii corporalis, de quo dicit Apo-  
stolus, quod vis non habet potestatem sui corporis, sed  
mulier: neque mulier habet potestatem sui corporis, sed  
vir: quia quatuor sunt humores in corpore, qui constant  
ex quatuor d. elementis. Cum ergo jam usque ad  
quartum gradum prohibitio conjugalis copulæ sit restric-  
ta: eam ita volumus esse perpetuam, non obstantibus  
constitutionibus super hoc dudum editis, vel ab aliis, vel  
a nobis: ut si quis contra prohibitionem huiusmodi præ-  
sumpserit copulari, nulla longinquitate defendatur anno-  
rum: cum diurnitas temporum non minuit peccatum,  
sed auget: tantoque sunt graviora crimina, quanto diutius  
infelicem animam detinent alligata.

CAP. IX.

Distans a stipite quarto gradu vel citioris, cum distans quin-  
to, ulterius contrahere potest. h. d. cum glossa.

Gregorius IX.

Vic. qui a stipite e quarto gradu, & mulier, que ex alio  
latere distans quinto, secundum regulam adproba-  
tam, que dicitur: Quoto gradu remotior distans f. a sti-  
pite, & a quolibet per aliam lineam descendunt ex eo-  
dem licite possunt matrimonialiter copulari.

DE FRIGIDIS & ET MALEFICIATIS, ET IM-  
POTENTIA COEUNDI.

TITVLVS XV.

CAP. I.

Si maritus provocante ad divortium, & se impotentem asserente,  
mulier hoc item fatetur, servata solemnitate canonica matrimonium  
indissolubile dirimitur: sed si deceptus ecclesia, primum matrimonium  
reparatur. Si vero muliere agente vir asserat se potentem, nisi  
per aspectum corporis, vel alio indubitato modo convincatur, mulier  
non auditur: sed si vir hoc idem assererit vel convincatur, mat-  
rimonium separatur, & mulieri contrahenda licentia datur, h. d. se-  
cundum hofstien.

Ex Brocardico lib. 13.

Accepisti h mulierem, & per aliquod tempus  
habuisti, per mentem, aut per tres, aut per an-

a C. 3. eod. tit. in 4. comp. h decretimus. c. Vide B.  
Thom. 4. sent. dist. 20. q. 1. art. 4. d. In concilio & aliquot vetus-  
sima, quod constat ex quatuor elementis. c. Vide citatos in ca.  
precedenti. f. distat, g. De materia huius tit. a. sent. dist. 3. 4.  
ubi dicitur & B. Th. q. 1. h. C. 1. eod. tit. in 1. comp. vide Durandum 4.  
sent. dist. 3. q. 2. & plenius ibi Sotum. q. 1. art. 2.

num: & nunc primum dixisti te esse frigidæ naturæ, ita ut non potuisses coire cum illa, nec cum aliqua alia: si illa, quæ uxor tua esse debuit, eadem affirmat quæ tu dicis, & probari potest per verum iudicium, ita esse ut dicis, separari potestis, ea tamen ratione, ut si tu postquam accepisti, reus perjurii a iudicandis & iterum posse peragere penitentiam priora connubia reparare debebis. Illa autem si prior post annum, aut dimidium ad Episcopum, aut eius missam proclamaverit, dicens, quod non cognovisses eam, tu autem cognovisses: quia si credendum est, eo quod caput mulieris: quia si proclamare voluit, cur tandem tacuit? eio enim & in parvo tempore scire potuit, si secum coire potuisses. Si autem statim in ipsa novitate post mensem, aut duos, ad Episcopum, aut eius missam proclamaverit, dicens, Volo esse mater, volo filios procreare, & ideo maritum accepi: sed vir, quem accepi, frigidæ naturæ est, & non potest illa facere propter quæ illum accepi: si probari potest per rectum iudicium, separari potestis, & illa si vult, nubat in Domino.

CAP. II.

Impotenti ad copulam, est impotenti ad contrahendum matrimonium, sive sit impedimentum ætatis, sive naturæ. Alexander III. Ambianen. c. Episcopo.

Qvod ad sedem: [1 & 7.] Sicut pater, qui non potest reddere debitum, non est aptus conjugio: sic qui impotentes sunt, minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur.

[1] Apostolicam consulti sum super his que tibi dubia existunt, gratum gerimus & acceptum, & tua exinde non parvam commendanda videtur. Ex tua sequidem parte nobis est intimatum, quod quædam mulier tui episcopatus curialia ejus abscessu fuisse, quod ob utriusque, iniquam rapturam generalia ejus abscessu fuisse, nec dum ab eo cognita fuisse, qui utriusque scilicet lapsus se pariter & sua domi reddidit infirmorum. Mulier vero ad domum patris reversa sicut asserit peruenit, alii vero nubere desiderat, & conjugali affectu conjugii. Unde licet Romanæ ecclesiæ non consueverit propter talem infirmitatem, vel propter alia maleficia legitime conjugii adruere, si tamen consuetudo generalis Gallicanæ ecclesiæ habeat, ut huiusmodi matrimonium dissolvatur: nos patienter tolerabimus, si secundum eandem consuetudinem eisdem mulieris, cui voverit nubendi in Domino concesserit facultatem.]

CAP. III.

Naturale impedimentum ad coitum, insuperabile arte medicorum, matrimonium impedit. Idem.

EX literis tuis accepimus, quod quidam sedecim annorum, quandam annorum tredecim duxit uxorem: qui cum debitum reddere non posset, mulier tam gravem infirmitatem contraxit, ut omnino viro sit facta inutilis, & instrumentum ejus impedire, ita quod vir ei commiseri non potest. Respondemus igitur, quod si vitium illud mulieri a natura contraxit, nec ope medicorum poterit adjuvari, viro aliam accipiendi liberam tribuas facultatem.

CAP. IV.

Contrahens scienter cum impotenti ad copulam, ab ea non separatur. Lucius III.

CONSULTATIONE tua, qua nos consulisti, utrum sciemine clausæ impotentes commiseri maribus,

a Iudicium. b in aliquot manifest. post annum & dimidium, quam lectionem videtur agnoscere glossa veris, tacuit. c Ambian. d C. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 10. c. 1. unde Sylvester in summa, verbo matrimon. q. 16. e C. 1. eod. tit. in 2. comp. unde Th. q. sent. dist. 3. q. 1. art. 2. f C. 2. eod. tit. in 2. comp.

matrimonium non contrahere: & si contrahens an debeat a reo? Taliter respondetur, quod iudicabile videatur, quod aliquis cum talibus contrahat matrimonium: Romana tamen ecclesia contrahens cum infirmis iudicatur, ut quæ tanquam uxor habenda non possunt, habeantur ut forent.

CAP. V.

Si de impotenti contrahens copulatus, facit matrimonium licitum: alia cohabitavit conjuges per trimum, & postea in manu propinquorum iuravit, quod delectatus copulatus, & non potuerit conjugii, statim separatur. Innocentius summatur.

Celestinus III.

Audabilem b: & infra. Requiruntur matrimonii copulæ nuptialis: [1 & 7.] Nos vero in hac consultatione sentimus, ut a tempore celebrati conjugii si frigiditas prius probata non potest, cohabitatio non annuum: quo elapso, si nec tunc cohabitatio voluit, iuxta & decretum Gregorii mulier per annum de viro probare poterit, quod cum ea coire non potest, accipiat alium: si autem ille aliam accipiat, non ut uxorem, saltem habeat, ut forent. Si autem quod nunquam se invicem cognoverint, cum septima manu propinquorum, vel vincta cum fama (si propinqui delectati) tacti fuerint, conjugii licet, utique iurando dicat quod nuptiarum per hunc nis copulam una caro efficitur. Et tunc talis quod mulier valeat ad secundas nuptias contrahere, si ille aliam duxerit, tunc qui uxorem, ut iurari teneatur, & peracta penitentia cognatus ad nubentia priora redire.

[1] In qua si defecerint separantur.

CAP. VI.

Propter arctationem mulieris, si oportet, quod gratum miraculum absq. periculo corporis vel animæ reddatur matrimonium: redintegratur, si postea copulatus fuisse deceptus.

Innocentius III. Anagninens. Episcopo.

FRaternitatis tue literas de receptione, videntes quod O. mulier cuidam viro matrimonio nupsit, cum quo per multos annos iuxta, non carnaliter ab ipso cognovisset. Licet autem per presbyterum tuum super hoc fuisse edicta, iuxta volens habere certitudinem pleniorum, quædam sententiam evocasti, districte illis injungens, ut non prolo animarum, que tandem in fide sua viderentur, & perquirent diligenter, utrum idcirco velles, velles amplectus, que tandem in fide sua viderentur, constanter, tanquam cui naturale deceret, invidiam, unde inter ipsam & virum divorcium celebratum, fierem inducens, ut ad religionem aliquam se transferret, perpetuam continentiam servatura: & per hanc tiam tribuisti, ut uxorem duceret, quod mulier nupsit. Contigit autem postea, & ab ipso cognovisset, qui seras huiusmodi referavit, & ab ipso cognovisset, quam promissit. G. lateri predictorum, huiusmodi. Quamvis igitur semplem nobis expectaverit modo dicta mulier se promissit continentiam servatura, utrum videlicet simpliciter verbo, an vero

a Debeat. b C. eod. tit. in 1. comp. c Gregorius IX. Ravennatem Episcopum, ut respondit Dario Leclercq. p. 10. c. 175 & Pomerium lib. 6. c. 1. p. 10. c. 175. d C. 1. eod. tit. in 2. comp. unde Th. q. sent. dist. 3. q. 1. art. 2. e C. 2. eod. tit. in 2. comp. unde Th. q. sent. dist. 3. q. 1. art. 2. f C. 2. eod. tit. in 2. comp.



transire ad religionem transferit, ut promissit, an contra  
 punitur, si in domo remanserit, & qualiter  
 de illis fecerit referat, utrum videlicet artificio me-  
 ditans an cohibuit, seu alio quolibet modo: nostamen  
 per se attendentes, quod impedimentum illud non  
 erat perpetuum, quod preter divinum miraculum per o-  
 pus humanum abique corporali periculo ponit remo-  
 veri: sententiam divortii per errorem licet probabilem  
 non esse prolatam, cum pateat ex post facto, quod i-  
 mpossibile erat illi, cujus simili commissit; & ideo  
 inter ipsam & primum virum dicimus matrimo-  
 nium existisse: quare inteream & presatum Guil. matrimo-  
 nium non esse censuimus, eosque precipimus abinvicem  
 separari. Et si presata mulier ad religionem transi-  
 rit, si presatis & promissis primus vir, qui non cog-  
 nitus eandem, cum ea remaneret, cum qua postmodum  
 testis matrimonii contraxit: alioquin ea dimissa, debet  
 ad illam redire, cum qua primò contraxit, nisi se voto  
 illi confirmaverit ad continentiam observandam, &  
 si illi se fornicario modo alii viro misceverit, ut primus  
 non recuset fornicationis, ejusvelit confortium declina-  
 re: nisi tantum simplici verbo se promissit continen-  
 tiam servaturam, & postea in conspectu ecclesie nuptis  
 moneretur Guillel. quamvis articulus iste dubitabilis e-  
 rit, prolixi non debet, quod fornicaretur cum illo, sed  
 ad modo debet cum illo aliquatenus remanere. Per  
 hoc & auctoritatem illam non veris esse solutam, qua  
 queritur, utrum ea, que ad hoc acta est, ut nulli possit  
 carnaliter committere, nisi per incisionem, aut alio simi-  
 li modo d. violentia inferatur, non solummodo levis, sed  
 gravissima, ut ex ea mortis periculum timeatur, ad  
 continentiam contrahendum debeat idonea perhiberi.  
 Si autem illi, que viro cui nupter, adeo acta est, ut nun-  
 quam ab eo recedat de forarari: si ab eo sit per judicium  
 ecclesie separata, & nubitaliter, cui acta non sit, & per  
 hoc non est usum fecandis, reddatur etiam apta primo: ut  
 etiam ad eam redire debeat, cum quo prius fecerit inerat  
 conjugale. De talibus autem non est facile judicandum:  
 quam tale iudicium pendeat ex futuro.

CAP. VII.

Quamvis virum, cui copulatus per trimum, non ba-  
 terentur canones, eis hoc juramentum cum septima manu  
 propugnatum, matrimonium separatur. h. d. in eadem veris  
 can.

Honorius III.

Inter vobis nobis transmissis continerent, quod  
 cum causa matrimonii que inter M. Mulierem & A.  
 virum vertitur, voluit fuisse ab I. Papa predeces-  
 sorum commissi: dicta M. proposuit, quod cum octo  
 annis elapsis dicto A. fuisse matrimonialiter copulata, &  
 illa cum copulata esset eidem, adhuc integra permancebat,  
 eo quod predictus vir eius non habebat potentiam co-  
 gendi: quare petebat divorcium celebrari predictis  
 viris A. fitebatur, quod illam nunquam cognoverat:  
 prout se habere potentiam cognoscendi alias adere-  
 rat. Vos vero, ne id conferentur in fraudem, a matro-  
 nis bonis opinionibus, fide dignis, ac expertis in opere nu-  
 ptialibus, dictam fecistis inspicere mulierem: que perhibue-  
 rat testimonium ipsam adhuc virginem permanere.  
 Postmodum per Presbyterum, de cuius parocchia vir ex-

ivit, fecistis inquiri, utrum ipse aliquam cognovisset: nec  
 per inquisitionem ipsam vobis constare potuit, aliquam  
 esse carnaliter cognitam ab eodem. Muliere autem re-  
 quirit divorcium, & dicente, quod mater esse volebat,  
 & filios procreare, proponente vero viro, quod paratus  
 erat stare consilio ecclesie, innoxistis eidem, ut agerent  
 penitentiam de commissis, & sic forte placet Deo  
 qui matrimonii fuit institutor & auctor, ut opus matri-  
 monii consummarent: qui post plures terminos ad ve-  
 stram revereri presentiam, confusa voce dixerunt, quod  
 non poterant carnaliter committere. Quocirca manda-  
 mus, quatenus si ita est, & consisterit vobis presatum vi-  
 rum & mulierem, intra predictos octo annos, per conti-  
 num triennium insimul habitasse: ipsi cum septima  
 propinquorum manu firmantibus juramento, se commi-  
 sisse carnaliter nequivisse, proferatis divortii sententiam  
 inter eos.

DE MATRIMONIO CONTRACTO CONTRA INTERDICTUM ECCLESIE.

TITVLVS XVI. CAP. I.

Matrimonium contra interdictionem ecclesie, vel iudicis factum  
 seu contractum, propter hoc solum non dirimitur: impositur ta-  
 men penitentia se contrahentibus, & separatur, donec cognoscatur  
 de causa interdicti. h. d. in effectu votis istituta.

Alexander III. Paduan. Episcopus.

Inter vobis, que tua nobis fraternitas destinavit, ex-  
 pressè declaravi, quod cum quidam fororem suam  
 iam nubilem cuidam se daturam in uxorem ea  
 presentè & consentiente, prescicto juramento firmasset &  
 illa non post multos dies dona & munera viri secundum  
 morem terræ spontè suscipiens, ipsum tanquam proprium  
 virum sapè amplexata fuisset: tandem mortuo fratre,  
 à proprio viri sui fratre se desponsari permisit, & quod ab  
 illo e cognita fuisset, mendaciter adseverat. Cumque  
 ei prohibuisset publice, ne cui illorum, vel alicui de se  
 copularet, ipsa spretis monitis tuis, alii nubere non ex-  
 pavidemum cum muliere precepisset, ut ad domum ma-  
 tris rediret, ipsa nostram audientiam appellavit: [ 1 & 7. ]  
 Mandamus, quatenus si est ita, presatam mulierem  
 (ne mandatum tuum contempibile videatur) ad domum  
 matris redire compellas, & imposita sibi de tanto excessu  
 penitentia condigna, postquam in domo materna per  
 mensem steterit, ad tertium reverti permittas.

[ 1 Verum quoniam sollicitudinis nostre incumbit excessus &  
 enormitates aliorum corrigere, & ad modum & formam rectitudi-  
 nis revocare: f. p. a. s. ]

CAP. II.

Sponsalia de futuro cum consensu etiam contra interdictionem ecclesie  
 contracta, non habent dirimere matrimonium postea contractum  
 cum alia.

Idem Vigorian. & Baran. Episcopi.

Ex literis f. Cantuarien. Archiepiscopi ad nos perve-  
 nit, quod cum G. de sancto Leonegario M. filium suam  
 absentem, cuidam R. nomine desponsasset: [ 1 & 7. ] Post-  
 ea orta suspitione, quod presatus R. ad alia desideraret  
 vota transire, ad examen fuit dicti Archiepiscopi causa  
 perlata: qui sub anathematis interminatione prohibuit,  
 ne antequam de prescripto negotio plene constaret, vir

a In uno Vaticano: s. ferè placet Deo, qui matrimonii fias  
 institutor & auctor, opus matrimonii consummarent, & c. b Cz.  
 eod. tit. in 1. comp. c. ab eod. d. al. sed in antiquis, alicui  
 c. Vigorian. & Baran. Vigorian. & B. sed ferè in om. manuscr.  
 Vigorian. & Baran. f. C. eod. tit. in 1. comp.

